

M A R D O N  
CHRISTIANUS  
M A R T I N I  
ANTONII  
DE FELOAGA,  
I. C. POMPEIOPOLITANI  
E COLLEGIO MAIORI AR-  
CHIEPISCOPI TOLETANI, ANTIQVIORIS  
DECRETALIVM CATHEDRAE AN-  
TECESSORIS SALMANTINI.

*EX TEMPORARIA, SED FLO-  
rulentia, ac matura Relectio ad Alexand.  
III. in cap. 1. de ijs qua vi metus vè  
causa fiunt.*

SANCTISSIMÆ, ET IMMACVLATÆ  
MARIE SACRATA.

PRO OBTINENDA PRIMARIA  
Decretalium Cathedra.

SALMANTICÆ.

Ex Officina HYACINTHI TABERNIER.

ANNO M. DC. XXXVIII,

MARIAE VIRGINI  
CHRISTII IESU DEI OPTIMI  
MAXIMI DIGNISSIMAE PARENTI CE-  
MINI ORBIS ANGELORVM, ET  
HOMINVM IMPERATRICI.



OSTRAE (DIVI-  
NISSIMA AVGVSTA)  
*mentis aciem divinum is-  
tud tuum iubar permisse-  
rit, quod & sacro tuo no-  
mine frontem nostri tex-  
tus illustrat. Unde cum*

*primum numen sentirem non alio felicius inten-  
tus, nec aliunde felici ore hac qualiacumque  
è publico suggestu vix exciderant, tibi properus  
appendo cum liberiori luci, periculo maiori in om-  
nium manus deposcuntur; hinc mihi nec una  
causa metus, nec vani. Satis ne me dicentem  
evasisse discriminis, qui & iterum omnes lacef-  
so? immeditatum, exilem unius diei oppellam  
præcoci affectu cadere, qui nec dum eius prolata  
culpâ vocem expiauerim? Ast ego: Maiora su-  
dent quibus ditior genius spectatrice posteritate  
cres-*



ALEXANDER  
TERTIVS, EXONENSI  
EPISCOPO, ET PRIORI  
SANCTÆ MARIÆ  
CÆSARRA.

TEXTVS LITTERA.



Relatum est ad audientiam nostram quòd cum quidam nobilis, & potens M. vxorem suam suspectam haberet, milites sui eius præcepto eam ad quãdam sylvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt; sed tandem pietate ducti sub tali conditione pepercerunt eidem, quod in monasterio

de Colobris habitum susciperet monachalem, & infra. Episcopi verò missi à viro, vt ei velum imponerent: quia iuuenis erat, & filium parvulum habebat mutationem vitæ suæ suspectam habentes seorsum cõvenerunt eandem, quæ rem patrefaciens, quod mortis timore monasterium intrabat proposuit, & quod inde quodocunq̃ posset, exiret; sed alter Episcoporum (vt viri tyrannidi satisfacere videretur) mulieri velum imponere simulavit. Tandem viro de medio su-

A

biato